Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



mentis uestris & habitare faciam uos
bes et instaurabuntur ruino
sa. et ciuitates deserta fiunt
munita que quondam
fuit desolata in oculis omnis uiato
rus dicent. Terra illa inculta fuit
est ut hortus uoluptatis & ciuitates
desertae & destructae atque suffossae mu
nite sedebunt. Et scient gentes q
cumque fuerint derelictae in circuitu
uestro quia ego dominus edificauit
dissipatam plantauit in cultam. e
dominus locutus sum & feciam si
dicit dominus deus. Adhuc in hoc
inuenient me domus israel ut faci
am eis & multiplicabo eos sicut gre
gem hominum ut gregem sanc
tum ut gregem therusalem in solle
nitatibus eius sic erunt ciuitates
desertae plenae gregibus homi
num & scient quia ego dominus

XXXVII

xxxbu. f

Facta est super me manus domini &
~~dimisit me in spiritu~~ edux
me in spiritu domini & dimisit me
in medio campi qui erat plenus
ossibus & circumduxit me per ea
in gyro. Erant autem multa ualde
super faciem campi siccae nimis
ter. Et dixit ad me fili hominis
putas ne uiuent ossa ista & diri
Domine deus tu nosti. Et dixit
ad me uaticinare de ossibus istis
et dices eis. Ossa aridae audite u
bum domini. Haec dicit dominus
deus ossibus his. Ecce ego intro
mittam in uos spiritum & uiuetis
et dabo super uos neruos & succrescere
faciam super uos carnes & con
extendam in uobis cutem & dabo
spiritum uobis & uiuetis & scietis
quia ego dominus. Et prophetaui
sicut praecepit mihi deus. factus
est autem sonitus prophetante me
et ecce commotio & accesserunt ossa
ad ossa uniuscuiusque ad iunctuam
suam & uidi & ecce super ea nerui &
carnes ascenderunt & extensa est
in eis cutis desuper & spiritum non ha
bebant. Et dixit ad me uaticinare
ad spiritum. Uaticinare fili homi
nis & dices ad spiritum. Haec dicit
dominus deus. A quatuor ue ntis
uenite spiritus & insufflabit super inter
fectos istos & reuiuiscant. Prophe
taui sicut praecepit mihi dominus
Et ingressus est in ea spiritus et
uixerunt stetiterunque super pedes
suos exercitus grandis nimis ual
de & dixit ad me fili hominis ossa
haec uniuersa domus israel est. Ipsi
dicunt aruerunt ossa nostra & pe
rit spes nostra & abscisi sumus
Propterea uaticinare & dices ad
eos. Haec dicit dominus deus. Ecce
ego aperiam tumulos uestros et
educam uos de sepulchris uestris
popule meus & inducam uos in terr
am israel. & scietis quia ego
dominus. cum aperuero sepulchra
uestra & eduxero uos de tumulis
uestris popule meus & dedero spiritum
meum in uobis & uiueritis & requi
escere uos faciam super humum uestram
et scietis quia ego dominus locutus
sum & feci. ait dominus deus. Et

finis est sermo domini

azechiel